

Quot sunt Regulæ de Multiplicatione ?

Quatuor.

Quæ est Prima ?

Inferiores characteres, in omnes superiores ordine ducendi sunt, primò, primus: secundo secundus: tertio, tertius, & sic deinceps, quotquot characteres fuerint, confosso semper characterè, qui in superiores ductus est.

Quæ est Secunda ?

Productum ex multiplicatione sub suis characteribus directè scribatur, ut productum primi characteris, sub primis: secundi, sub secundis: tertij, sub tertijs, atq; sic deinceps, usq; ad finem procedendum est.

Quæ est Tertia ?

Si productum uno characterè scribitur, is sub suo ordine subtus lineam transversalem scribatur: sin duobus, prior scribatur, alter significans decem, in mente reseruetur, addendus characteri proximo.

Quæ est Quarta ?

Numeris ex multiplicatione creatis, altera linea subiiciatur, illiq; numeri in unam summam per additionem colligantur.

PRIMUM EXEMPLUM, IN QVO
multiplicatio fit per vnum characterem, seu digitum.

B 4

Questio